



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 47. Dissidium cum Lucensibus a Papa sublatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

**Sæc. XVIII.** actionis via revocari detrectabat,  
**A. C. 1731.** mata vi subigeret; propriæ tamen de-  
erant vires; Genuenses enim æge tuor armatorum millia contrahere pe-  
erant, invalidus plane manipulus os-  
tra illos, quibus suorum multitudi-  
fidentiam, & necessitas ac desperata  
robur viresque indidit: validiores ergo  
suppetiæ ab exteris erant exquirende,  
quas sibi tamen ab Hispanis polliceti  
haud poterant, eo quod Corsi suppe-  
ces horum favorem & patrocinium si-  
conciliare, totis viribus niterebat.  
Recurrunt igitur ad Imperatorem, 1  
quo etiam Ductore Wachtendonci  
sex Equitum peditumque millia impe-  
trarunt, Reipublicæ stipendiis aleata.  
Attamen nec hæc sufficiebant; quam-  
vis enim Cæsarei Bastia recuperata Cor-  
fos non una clade afficerent, hi tamen  
jam suorum numero, jam prompta ad  
montes fuga omnem hostilem operam  
ludebant, nec movebantur, et si oppida  
sua conflagrare cernerent.

## §. XLVII.

*Diffidium cum Lucensibus a Papa  
sublatum.*

**A** tempore memoriam hominum ex-  
cedente Lucensis Respublica inter  
præclariora libertatis suæ decora no-  
merat

merat prærogativam, qua sui Archi-Sæc. XVIII.  
episcopatus gerendi potestatem nemini A.C. 1731.  
ex finitimis Provinciis faciat, aut fa-  
cere teneatur: Prætenso huic juri huc-  
usque Lucenses mordicus institere.  
quocirca evenit, ut cum Bened. XIII.  
Archiepiscopalis hujus Ecclesie curam  
contulisset Thomæ Cerviono ex Monte  
Alcino, quod est oppidum in Magui  
Etruriæ Ducis ditione situm, Respu-  
blica hunc acceptare constantissime re-  
cusaret, eique omnem ad se aditum  
intercluderet. Vicissim vero Pontifex  
Lucensis Reipublicæ Oratori accessum  
prohibuit: Fervebat adhuc controver-  
sia, dum Clemens Divi Petri Cathed-  
ram concenderat, qui tamen primis  
adhuc Regiminis sui diebus has con-  
tentiones penitus eliminare statuit, ac  
propterea auditis Lucensium rationibus  
Cervionum amovit, eumque Sacrario  
Pontificio præesse voluit: In ipsius  
vero locum subrogavit Fabium Collo-  
redum Forojulieusem Congregationis  
Oratorii Presbyterum, qui omnium læ-  
titia & gratulatione exceptus est.

## §. XLVIII.

*Injuria Polono Oratori illata Pon-  
tificis consilio reparata.*

Uu 4

Sub